Exemplum e cancellaria castelli Utini.

2

Confiscatio castelli et bonorum pheudatorum de Zeliacho

Magnificus et ex.mus D.nus IACOBUS Maurocenus Patrie Foriiulii
Locumtenens generalis Pro ill.mo et ex.mo Du. Do. Venetiarum etc. sedens in
Salla palatii sue solite residentie: Presentibus s. Michaele de Catharo
sue M.tie vice capitaneo: Michaele de Sisano eius scutifero: Marchisino
Cortellario habitatore Venetiarum in contrata s. Viti: Thomasio caballario curie
et magistro Leonardo marescalco habitatore terre Utini: ac me notario infrascripto.
Visa habita vera informatione quod D. Boemus q. viri Nobilis s. Joannis
de Zeliacho Rome pridie mortuus est sine aliis heredibus maribus excepto
q. s. Joanne superstitibus: et quod bona quecumque pheudalia tempore eorum
vite possidebant: Primo quod Antonius avus dicti Boemi et pater
dicti q. Joannis de quibus bonis fuit investitus iure legalis pheudi per
q. Magnificum et generosum D. Robertum Maurocenum primum huius
patrie locumtenentem sub annis 1420 ut in eo legitur: et auditis
M.cis dnis Nicolao de Savorgnano milite et Tristanno eius consobrino
germano dicentibus habere iura in ipsis pheudis: et ultimo loco
visis certis instrumentis pheudi et emptiones certarum possessionum que non
faciunt ad propositum rei huius: habito respectu quod nullus alius
est superstes heres mas. et consideratis considerandis, et maxime
quod istud pheudum est legale et quod revolvitur manifeste camere
phiscali, ipsum omnibus melioribus modo via iure et forma quibus melius
de iure facere potuit et debuit, Confiscavit: Et quod per consequens
remaneat in manibus prefati Ill.mi Du. Do. Venetiarum etc. Mandans propterea
accipi debere per rationatorem camere phiscalis tenutam et corporalem
possessionem de ipso castro nominato quo supra cum omnibus pertinentiis suis: servatis
servandis. Ut in similibus fieri consuetum est. Bernardinum notario et
coadiutore sue cancellarie. Datum Utini die ii mensis maii 1477.

Bernardus Campagnola notarius et
coadiutor dicte cancellarie manu propria subscripsit

Primo ab origine notarius subscripsit

Tenuta et corpo-
ralis possessio
accepta de lo-
co et castello
Zeliaci et bo-
norum eiusdem
ut hic
7

IACOBUS Maurocenus patrie Foriiulii Locumtenens generalis pro Ill.mo
et Ex.mo du. do. Venet. etc. Committimus vobis circumspecto viro ser
Joanni de Belgrado rationatori camere phiscalis, quatenus in execu-
tione sententie per nos late sub die ii.o mensis presentis accedere debeatis ad
Locum Zeliaci et apprehendere tenutam et possessionem nomine prelibati Ill.mi
Du. do. nostri nomine contumacia omnium et singulorum bonorum et possessionum olim possessorum
et possessarum iure pheudi per q. ser Joannem et filios de Zeliacho. Cum
omnes consortes dicti loci mortui sint nullo superstite masculo: et ipsa
bona et possessiones devenerint in prelibatum nostrum Ill. dominium do. In
quorum fidem et testimonium presentes fieri iussimus et sigilli S. Marci
impressione muniri. Utini. die xiii. maii. 1477.

Die Mercurii . xiiii.o maii 1477. In executione sententie per M.cum et Cla.mum
D. Jacobum Maurocenum Patrie Foriiulii locumtenentem dignissimum pro Ill.mo et potent.mo
Du. Do. Venet. etc. et commissionis per eius M.tiam facte Nobili viro ser
Joanni de Belgrado scribe camere phiscalis suprascripto. Prefatus ser Joannes
ad locum predictum Zeliaci se contulit: Ubi presentibus et notis quibus supra
Convocatis Jacobo de Zeliacho q. Nicolai potestate ville Zeliaci: Joanne
de Aretenen q. Leonardi del Guercio: Jacobo del Jach q. Joannis:
Daniele q. Petri Doclini de Crispano omnibus in dicta villa Zeliaci habitantibus
ac Bart.o dicto Ricio caballario, et me notario infrascripto: et ipsis presentibus,
sibi commissa ut infra exercuit. Primo

Castellum

INtrando per portam curie inferioris ipsius castelli, ipsamque aperiendo et
claudendo semel, bis et tertio ac manibus accipiendo de terra, herbis
et stramine tectorum ac lapidibus: et Terram pedibus calcando. Ulteriusque
intrando per pontem et portam ipsius castelli ac ascendendo scala: et in-
trando portam superiorem ipsius castelli, eamque aperiendo et claudendo ut supra
accepit Tenutam et corporalem possessionem nomine prelibati Potent.mi Du.
Do. nostri ipsius castri Zeliaci cum iurisdictione: iuribus et pertinentiis
suis: ac Territoriis circumstantibus et pertinentes ipsi castro existentes inter
hos confines: Incipiendo ab ortu solis iuxta Terrenum rectum per Danielem
Petri Doclini de dicta villa, eundo per prope quendam Rivum et usque ad prata
illorum de ~~Zelianutto: et usque ad unum sterpum magnum~~ Caspano versus
septentrionem: et usque ad communem sive paludem illorum de Sterpo magno
et Zelianutto et usque ad unum sterpum magnum prope dictam paludem

primo ab occidente notis. [illegible]